Sigismundus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæq, nec non Svecorum, Vandalorum Hæreditarius Rex.

Significamus præsentibus literis Nris quorum interest univer-
sis et singulis præsentibus et futuris harum Notitiam ha-
bituris. Quemadmodum toto felicis Regiminis Nostri tempore,
nihil quod salutem populi concernere videbatur a nobis desideran
passi sumus, ita nunc quoq libenter inclinamur, ut spiritu-
ali Animarum Sanguine Christi redemptarum bono consulamus.
Cum itaq per Magnificum Hieronimum Wolowicz Genera-
lem Samogitiæ Capitaneum Tyronum Gondinensem Sauten
Cobrynensem, Upitensemq Tenutarium Nostrum expositum No-
bis fuisset, nullum hactenus in Oppido Nro Poniewiez, judicijs
Castrensibus et terrestribus, tum etiam frequentibus Baronu
et Nobilium Conventibus loco celebri catholice, neq de facto ex-
tare templum vel Oratorium, magnaq Nrôs subditos, hac
ex parte privari consolatione Spirituali intelligeremus, facile (:
incrementum gloriæ Dei præoculis habentes ac desiderijs Sub-
ditorum Nostrorum satisfacere volentes.:) in animum induximus,
ut dictum superius Oppidum, erectione, dotatione, fundationeq
Ecclesiæ ornatius redderemus, proinde post liberam cessionem
et resignationem juris advitalitij coram Actis Cancellariæ Nræ
MDLæ per supra memoratum Magnificum Hieronymum Wolo-
wicz Generalem Samogitiæ Capitaneum factam, Villas Wielicilisz,
Staniuny, Pollaleupy, alias Dowkniuny in Advocatia alias w
Woytostwie Szyjogolskim tenutæ Upitensis existentes, cum omni-
bus attinentijs et pertinentijs, agris cultis et incultis, mansis pos-
sessionatis, Sylvestribus et impossessionatis, fundis ultrapaniceta-
libus, aquis, stagnis, fluvijs et aquarum decursibus, pratis, campis,
Sylvis, Nemoribus, rubetis, dumetis, mellificijs, et omnibus fru-
ctibus, Censibus pecuniarijs, et alijs quibusvis datijs, prout se anti-
quitus memoratæ Villæ in suis limitibus et granicibus
habebant et nunc includunt, prout q nominatus Samogitiæ Capi-
taneus, possedit in dotem Ecclesiæ, in Oppido prædicto Poniewiez

erigendo et erecta damus donamus, donatione irrevocabili perpetuo et in aevum. Eximentesque dictas Villas, ab omnibus Oneribus Civilibus, iurisdictione Nra Regia et Capitaneali sive quavis politica, juri et immunitatibus Ecclesiae in perpetuum adscribimus, nihil Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris praeter Ius patronatus reservantes. Quoniam vero praesens Fundatio Nra e novo liberalitatis Nrae Regiae fonte promanavit, volumus ut praedictus Magnus Capitaneus Generalis Samogitiae in convenienti loco, nec multum a praedicto Oppido disito, areas pro templo et Cemeterio pro Domo Parochi Schola, et Xenodochio pauperum assignet, et sufficienter ad instar aliarum Ecclesiarum emensurari faciat. Quod omnia pro rato habere volentes, praesentes manu Nra subscriptas Sigillo MDL cum muniri mandavimus. Data Varsaviae die XXIV. Mensis Martij Anno Dni MDCXXIX. Regnorum Nostrorum Poloniae XXXII. Sveciae vero XXXVI. Anno.

Sigismundus Rex.

Marcianus Tryzna
Srep. Gen. Not.
Mag. Duc. Lit.

1629. d. 24 Marca Kopia
Funduszu Króla Zygmunta Trzeciego
na Kościół Pomuszyński uczynionego,
którym nadaie natenże Kościół wie
ś 3. idq Gedeiciszki, Staniuny y Pa-
kakupy alias Dowkmiany zwane w
Woytowstwie Zygolskim Dzierżawy
Star. Upitskiego sytuowane, także
OOnewicz
Kościołowi do mili przynależnemi
Item bliżej samego miasta naża
ie ziemię na Plebanię, Szkołę
y Szpital